rāt ſanguinē ſubtilē & clagꝝ:& ergo maxime cōfortat cor generādo
ſanguinē ei pportionabilē. Et ulterius dicit q̄ multū ualēt in diſſolu-
tione ſubie ſpūs & diminutione ſanguinis cordis. Sorbilia uero
oua facilis ſunt digestionis:& leniunt pulmonē:& pectus:uētrē lu-
bricat & minus nutrit quā tremula. Dura uero oua p decoctionē
facta ad digerēdū ſunt difficultia:& nutrimentū exhibet groſſum:&
tarde a ſtomacho deſcedēt:& tarde penetratiū. Notadū eſt in ſup
q̄ ex diuerſitate pparationis:ouoꝝ et acqrīt in eis bonitas uel mali-
tia. aut.n. ſunt aſſata:aut elixa:aut frixa: aut i iure ſūt cocta. Aſſata
elixis groſſiora ſūt & ad digerēdū duriora:qa foc⁹ ſubālē eoꝝ hūi
ditatē deſiccāt. Et fiūt duob⁹ modis:aut.n.cū corticib⁹ iter calidos ci-
neres ponunt aut i testis frāgūt. In testis fracta peiora ſūt aliis. Illa
aut q̄ cū corticib⁹ iter calidos cineres ponunt duob⁹ fiūt móis aut
iter cieres ponūt tota:aut ſup carbōes p̄tī diſcoopta:q̄ i cinerib⁹ po-
et oua nūt tota ſunt peiora:qa cū calor foci circūeat:fumositates retinet:
diſcoopta ſup carbōes poſta fumositatē emittūt & mūda fiūt. Elixa
i aq̄ meliora ſūt q̄ aſſata:qa aq̄ humiditas calori foci i hūiditate de-
ſiccāda repugnat. Et fiūt duobus modis:aut.n.cū corticib⁹ elixant
aut infra aquā frangunt. Cū corticibus peiora ſunt aliis:qa cortices
phibent diſſolutionē fumositatū & groſſicie. In aq̄ fracta calor aq̄
tēpate penetrat & groſſiciē ſuā ſubtiliat:& aufert ſibi grauitatē ſui
odoris:ūn hmōi laudabiliora ſunt ceteris oībius. frixa ceteris peiora
ſunt:qa pefſimis generat humores:& ſunt i ſtomacho morātia fu-
moſitatē & corruptionē iinducētia & fastidiū faciētia. In iure cocta

Inter assata & iaq fracta sunt mediocria. Et ista colligunt^r ex Isaac
in dietis uniuersalibus. Sciendū est ēt q̄ ouū diuersificat scđm eius
partes cōponētes. Nā uitellū i caliditate tēpatū existit; albumē uero
frigidū est & uiscosū dure digerit; & sanguis ēt ex eo generatus nō
est bonus. ut habet ex Rasi.iii. Altmā.c. de uirtutibus ouor̄. Et sicut
oua pdicta. f. gallinaꝝ. pdicū: & fasanoꝝ: sunt cōueniētia i regimi
ne sanitatis: ita oua anatū: anserꝝ structionū: & siliū uolatiliū min⁹ ^{dua}
cōueniētia sunt i regimine sanitatis: uel simp̄r euitāda. Secūdū est ^{Debi.}
uinū rubēū. Pro quo sciēdū est q̄ uina diuersificant̄ i colore. Nā q̄
dā sūt alba: qdā rubea clara: qdā citrina: & qdā nigra. Vina. n. alba
debiliora sūt ceteris: minus calida & minus nutritiua. ucrū sunt mi
nus ledentia caput & magis urine puocatiua & apperitiua. Q uod
sunt debiliora ceteris. patet: q̄a scđm Gal. sup. i. can. iii. pte regimi
nis acutoꝝ. Debole uinū est qđ minus calefacit & minus replet ca
put: cū ergo uina alba minus calefaciūt & minus replet caput cete
ris: ut patebit debiliora erūt ceteris. Q d̄ aut uina alba sunt ceteris
minus calida: patet p Gal. in cō. illius can. iii. pti. regiminis acutor̄.
de uino etenī albo: dicētē. Nō ē possibile alicui ex uinis albis ut ca
lefaciat calefactione uehemēti. Et postea subdit. Vinū aut albū est
minoris calefactionis oībus uinis. Et istud est ueꝝ cōparando uina
eiusdē territorii adiuicē: & nō aliter: qm̄ uina rubea & ruffa galli
cana nō sunt ita fortia nec ita calida: sicut sūt multa uina alba q̄ re
periunt̄ i aliis territoris. Debet igit fieri cōparatio īter uina eiusdē
manerie & territorii. Q d̄ aut sint ceteris minus nutritiua patet p
Gal. i cō. illius amphorismi secūde pticule amphorismoꝝ: facile est
repleri potu q̄ cibo: dicētē. Vinū. n. aquosum subtile atq̄ albū usua
liter aq̄ est uicinū & illius uirtuti uicinat̄ adnutriēdū: uñ urina puo
catur: nec corpus inde nutrit̄. Et silr i. cō. illius amphorismi ciusdē
particule. Eoꝝ q̄ nutriunt̄ dicit Gal. uinū aquosum nimis dat cor

pori nutrimētū cuius liquor est sicut aq̄ subtilissima & color alb⁹.
qd̄ aut̄ nimis ledūt caput p Auic.in.i.doc.ii.c.de regimine aq̄ & ui
ni dicētis. Vinū uero albū & sub tasse calefactū est melius:nō.n.ca
pitis efficit dolorē:sed fortasse humectabit & capitis dolorē alleua
bit. Et idē ēt uult Gal̄. in cō. illius can. iii. pticule regiminis acutoꝝ.
Potus aut̄ dulcis:rō aut̄ q̄re minus ledūt caput est:qa minus fumo
sa & uaporosa sunt ceteris:qđ aut̄ magis sunt urine puocatiua &
aptiuia:patet p Ipo.in cano. illo. iii. parti. regiminis acutoꝝ de uino
etenī albo dicētē. Sed trāsitus eius. f. uini albi i uescā est facilior q̄
cuiuslibet alterius potus:cū quo ēt uim apituā h̄fē dinoscit̄. Et ex
hoc textu sequit̄ ꝑ ista uina alba subtilia plus cōueniūt q̄ alia uina
calefactis siue a natura sicut colericis & sanguineis naturalib⁹ siue
ab accidētē:sicut calefactis ex ira uel mora i sole. Et siſr magis cōue
niūt studētib⁹:q̄ debēt uti uino nō turbātē cerebrū & siſr cōueniūt
h̄ntib⁹ cerebrū debile siue naturaliſr siue accidētaſr:qa h̄ntes cerebrū
debile & fortī uino faciſr inebriant̄. ut hēt Auic.in.i.loco p̄al. Et er
go si uti uelint uinis fortibus necesse est ea fortiter limphare. Et siſr
cōueniūt h̄ntibus epar calidū & stomachū calidū & habitatibus in
regiōe calida:quia calida uina in istis facerēt estuationē. Vina uero
rubea clara sicut beluacensia calidiora sunt ceteris. ut uult Gal̄. cō.
illius canonis sup almā. De uino etenī albo. ubi dicit. Verūt̄ cuius
calefactio ex uinis est uehemēs. eius color est rubeus clarus. Et ista
uina ēt nutritiōniora sunt ceteris:ut hēt Gal̄. in cō. illius amphoris
mi p̄al. Facile est repleri:ubi dicit. grossum uero & rubeū uinū nu
tribilius est ceteris:implēs corpora cito obnoxia inanitiōi. Et circa
istud est intelligendū ꝑ uina rubea dicunt̄ nutritiōniora eo q̄ plus
eoꝝ in substatiā mēbroꝝ cōuertit̄. Vina tñ nigra p̄nt dici nutritiō
niora ceteris:qa cōstatiūs dāt nutrimētū:& tardius a mēbris resolu
bile. Et isto mō dicit Gal̄. in cō. illius amphoris palle. Eorū q̄ nu

erunt q̄ uina grossa & rubea nutritiora sunt quā aquosa minus
tā quā nigra. Et isto mō ēt intelligit̄ dictū Isaac i dietis particulari
bus ubi uult q̄ uinū nigrū plus nutrit q̄ rubeū. Et ista uina rubea
magis ledūt caput quā alba & minus urine sunt puocatiua. & hinc
est q̄ ista uina qa fortia sunt hñtib⁹ debile cerebrū nō cōueniūt: ut
dictū ē; sed bñ cōueniūt hñtibus forte cerebrū: cū forte cerebrū ua
pores eleuatos ad ipm nō suscipit: ut dicit Aui. in. i. cap. palle. & cī
ca istud est sciēdū q̄ ingeniū hois fortis cerebri magis clarificat̄ & ^{ymū}
acuit̄ si bibat uinū bonū quā si nō biberet. ut uult Aui. in. c. i. pall.
& rō est: qa ex bono uino plusq̄ ex quo cunq̄ alio potu generant̄ &
multiplicant̄ spūs subtile clari & puri. & inde ē qđ theologi cōte
plari soliti circa altissima bona uina diligunt. & scdm Aui. ibi. Ista
uina ualēt hoib⁹ frigide cōplexiōis & fleumaticis. Talia nāq̄ uina
corrigūt lapsū frigiditatis cōplexiōis & apūt opilatiōes euenire so
litas frigidis fleumaticis: & digerūt fleumata coopantia ad cōuer
sionē cor̄ i sanguinē: & digerunt̄ facilr: & cito penetrat̄ & pbēt ali
mentū mūdū & spūs plurimos. Vina uero citrina minoris calefa
ctionis sunt q̄ rubea clara: ut uult Gal. i. cō. illius canonis. palle. Potus
aut̄ etenim albo. maioris tñ calefactionis sunt q̄ alba. & ergo magis
sunt caput ledētia q̄ alba. ut uult Gal. in cō. illius cano. palle. Potus
aut̄ dulcis. Et ista uina ēt minus nutritiua sunt q̄ rubea. magis tñ q̄
alba. Et apud quosdā ista uina ēt uocant̄ alba. Et hinc est q̄ aliq̄ di
cūt q̄ uina alba cito calefaciūt multū. Vina uero nigra sunt min
oris calefactionis q̄ citrina. & ergo etiā minus ledūt caput q̄ citrina.
Sed qa tardioris descēsus sunt in uentrē. & minus urine puocatiua
q̄ alba. magis ledūt caput q̄ alba. ut hēt Gal. i cō. illius. c. pal. Potus
aut̄ dulcis. Et sūt ista uina ēt plus nutritiua q̄ alba. & citrina min
orū q̄ rubea. ut pdictū est. Tertiū est sorbilia facta ex iuribus carnū
& maxiime ex brodio pulloꝝ. Talia. n. brodia nature humane sunt

b20
ytes
bōdy
venust

amica ex quo facillime in sanguine sunt mutabilia. & bonū sanguinē generat. & maxime dū fiūt ex similia. i. ex subtilissima pte farine qā similia & maxi me tritici multū nutritiua est & bonū nutrimentū affert. ut hī pōt ex Ra. in almā. Et ista tria ponit Auic. ii. in doc. ii. sum. in. c. xv. ī fine. ubi dicit. Exemplū subtilis multi nutrimenti boni chimi. i. humoris est ouoꝝ uitelli & uinū & aqꝝ carnis. Et ex isto cōcludit q̄ ista tria sunt de genere naturā humana. maxie cōfortatiū.

In hoc textu tā/

gunt duodecim res Nutrit & ipinguat triticū: lac: caseus infans corpus humanū nū Testiculi: porcina caro cerebella. medulle triētes ac ipinguā Dulcia uina: cibus gustu iocōdior: oua tes: quaꝝ prima est Sorbilia: mature fucus: ueeqꝝ recentes. triticū. i. pāis ex tritico. de quo dicit Auic. ii. ca n. c. de pane. q̄ ipinguat uelociter & maxime de frumēto nouo. Ra. uero ī Almā. de tritico dicit. Triticū té peramēto uicinū est; licet caliditati paꝝ attineat. Q dū aut̄ ponderosius & solidius inuenit̄ maioris est nutrimenti. Oibus quoqꝝ hoībus aliis granis pfectiōes magis pprīū inuenit̄. Sanguis ēt ex eo generatus oī sanguine q̄ ex alīs generat̄ granis tēpatior est. Et sequenti. c. dicit. Panis q̄ ex tritico fit pluribus hominū cōuenientior est. Circa electionē aut̄ tritici sciēdū est: q̄ electio ei⁹ pōt sumi uno mō ex pte substātie ipsius: alio mō ex pte pparationis eius. Electionē aut̄ eius ex pte substātie ipsius ponit Auic. ii. cano. c. de frumēto dicēs. Meli⁹ est istud qđ est mediū iter duritiē & raritatē: magnū: pīgue: rccēs. i: nō nimis antiquū: planū: qđ est iter rubedinē & albedinē: frumētu uero nigrū mali est nutrimenti. Rasis uero supaddit ponderositatē eius sup electione eius. Circa electionē uero eius ex pte pparationis eius sciēdū est q̄ oīa q̄ sunt ex farina tritici frixa tarde a stomacho descēdūt: generat̄ grossos humores: opilat uias epatis: augmētāt sple

ne & generat calculum multum nutriunt si digerantur. Triticum uero elixum
est cibus grauis & indigestibilis. sed si digeratur fortiter nutrit & ro-
borat uirtutem. Sed triticum sub forma panis bñ fermentati & assati i
cibano moderato igne est electus cibus. Et oia ista colliguntur ex
Galie. i. ali. Secunda res est lac: Et pot illud intelligi de lacte ebutirato
qd apud medicos adohohe dñ & apud coes balbuca; balbuca. n. rez
ces si comedatur cū pane recenti siue calido & ipso maxime ipin-
guat: pot est intelligi de lacte caprino qd est multum nutrit de quo pri-
latus dictum est ibi: psica poma pirata ^{Mai}teria res est caseus infans siue
reces: de quo dicit Aui. ii. cano. c. de caseo; qd est nutritius & ipin-
guatus. Et licet caseus reces nutrit & ipinguat. i regimine tñ sa-
nitatis no cōuenit; qd sequuntur ex eo monumenta prius dicta ibi: psic-
ca poma pira. Quarta res testiculi: & illud maxime intelligendum
est de testiculis galloq; ipinguatorq;: de qbus Aui. ii. cano. c. de testi-
culo dicit: qd sunt ualde boni nutrimenti & pulchri &. iii. in. c. i. c. i.
de eis dicit qd i modica quantitate multum nutrit. Et pot illud est intel-
ligi de testiculis porcoq; multum pinguium nondum coeutiū: sicut porcoq;
caro: qd aliorq; aialiū qdrupedū melior existit: & hoc quo ad hoc qd est
nutrimētū p̄bre maius irresolubilis corpori humano filius: sic est &
porcoq; testiculi respectu testiculorū: aliorq; aialiū qdrupedū: & est hoc
diligenter notadū qd testiculi aialiū: puerorum in qbus est iam fermēta-
tū semē: & generatū no sunt boni nutrimēti: sed testiculi aialiū iu-
uenū adhuc no coire potētū qbus adhuc no est sperma fermētatū:
sunt satis laudabilis nutrimēti si bñ digerantur: & de istis est intelligitur
dictum prius. Quinta est caro porcina. de cuius electione & effectu
satis ample dictum est prius. ibi psica: poma: pira. Sexta est comestio
cerebri: pro quo sciendū est qd cerebrū est stomacho malū nausean-
tiū deiectiū appetit: & grossi humoris generatiū: uerū est tñ qd
si bñ digeratur alimētū dat corpori notabile: sed nullo modo comedendi de-

bet post alios cibos; bonū autē est q̄ cū origano uel calamēto uel cū
aliqbus obtēpātibus eius uiscositatē & frigiditatē in q̄bus sit uirtus
incisiua & calefactiua paret; Et cauēdū est qđ si comedat qđ primi
tus asset̄ sup carbones; & est aduertēdū qđ nō cōfert illis q̄bus frigi
de solent aduenire egritudines sed bñ hñtibus cōplexionē calidā; ut
uult Rasis ī almā. & de uirtutibus mēbroꝝ aīaliū. Et breuiter parū
cōuenit in regimie sanitatis; sed aliqñ bñ cōuenit uia medicine. sicut
cerebrū capreolorꝝ cōueniēs est cōtra uenena; & cōtra morsum ue
nenosorꝝ; & cerebrū leporis cōtra tremorē. & secūdū quosdā. cere
brū pullorꝝ & caponū ad memoriā & subtiliationē īgenii cōferūt.
Circa electionē tñ cerebroꝝ sciendū est q̄ meliora eoꝝ sunt cerebra
uolatiliū. & p̄prie montanorꝝ; & ex cerebris q̄drupedū cerebrū arie
tis deinde uituli. ut uult Aui. ii. cano. c. de cerebro. Septima est me
dulle q̄ multi sunt nutrimenti si bñ digerant̄ p̄t dicit Aui. ii. cano.
. c. de medulla. & ēt facile ī sanguinē cōuertit hoc tñ malū faciūt q̄
deiiciūt appetitū atq; nauſeā iducūt. Et ergo Aui. docet eas come
dere cū p̄pibꝝ. Et ēt aliq̄ eas p̄parāt cū citoniis & pastillis; ut faciūt
lecardi. Et pro electione eaꝝ dicit Aui. q̄ cōueniētior est medulla ui
tulorꝝ & cerui. deinde thauri; & postea capraꝝ. d. inde ouīū. Et secū
dū aliquos medulle thauroꝝ iuuēnū & p̄nguiū multū cōuenientes
sunt. Octaua est dulcia uina de q̄bus posterius dicet̄ ibi. sunt nutri
tiua. Nōna est cibus gustu iocundior; q̄a talis maxime nutrit. lux
ta illud Ipo. ii. pte amphorismorꝝ dicētes. Parꝝ deterior cibꝝ & potꝝ
delectabilior qđē melioribus magis delectabilis est appetendus. Et
Gali. i cō. illius ait. Ois. n. c. bus sapidus in quo q̄sc̄ delectat̄ cū acci
pit̄ a stomacho cōplexus retinet̄ & cū magna delectatione digerit̄
plus q̄ q̄libet aliis q̄ sit abominabilis; fugit uñ uomitus fastidiū in
flatio rugitus generās. Et hinc est q̄ aliq̄ melius ualēt cū malo cibo
q̄ cū bono; q̄a maiorē delectationē hēnt ī malo. Decima est oua sor/

bilia q̄ in modica q̄titate ēt multū nutriunt. de q̄bus ēt dictū est su
pra ibi. Qua recentia. Undecima est fucus mature q̄ pp suā dulcedis
nē multū nutriūt & ipinguāt. Circa istud sciēdū ē q̄ licet nutrīmētū
sic nō existat i robore nutrīmēti carnis: & granor̄. est tñ uehemētio
ris roboris q̄ nutrīmentū oīum fructū: ut uult Aui. ii. ca. c. de sicu
bus. Et ibidē ēt dicit q̄ fucus est nutritiōlōr̄ ceteris fructibus. Et idē
uult Aui. in. i. c. de regimīne eius qđ comedit̄ dicens q̄ iter fructus:
fructus magis nutritiū & siliōres & ppinqores carnib̄ i nutriendo
sunt fucus & uue ualde maturæ & dactili. Circa electionē uero carū
sciēdū est q̄ scdm Auic. ii. canone. c. i. de sicubus. Melior est alba
qa lenior. deinde rubra siue citrina. & deinde nigra. Et q̄ uehementer
matura est melior est & pxima ad hoc ut noceat. Itē humide & re
cētes fucus magis & uelocius nutritiue sunt q̄ sicce & citius trāseūt
de stomacho ad epar & magis humectat̄ epar & magis lenificant q̄
sicce sicce uero sūt minus inflatiue & magis stomachio cōueniētes q̄
humide de siccis dicit Aui. loco palle. Sicca qđē i suis opatōibus est
laudabilis. uerē sanguis ex ea generatus nō ē bonus: & pp hoc facit
pediculos: uerē si sit cū nuce tūc eius chīmus. i. humor fit bonus: &
post nuce cū amigdala. Et postea dicit q̄ administratio sicce cū iey
iuniū adest. est mirabilis iuuamēti i apiēndo uias cibi. & pp reūum
nuce & amigdala. cū tñ ei⁹ nutrīmētū cū nuce sit plus qnā cū amig
dala. Et cōueniūt utreq; fucus i hoc q̄ i ipsis est inflatio & lenificatio
& expulsio supfluitatū ad cutē & puocatio sudoris & remotio aspi
tatis gutturis: & mūdificatio & lenitio pectoris pl̄monis & canne
eius aptio opilationū epatis renū & splenis. Duodecima res est uua
recēs. iuuua dulcis & bñ matura. Pro quo. sciēdū est q̄ uua est tri
plex. Nā qđā est imatura & acerba. & fit ex ea agresta. & ista strin
git uentrē & colerā rubeā repremit atq; sanguinē: & multū ualet in
fluxu uētris colericofalia est matura uiridis & recens: ex q̄ sit uinū.

Latas Et ista spâliter qñ est alba. & sine nucleis & cortice uêtrē laxat & ce-
teris fructibus plurimi & melioris nutrimenti existit sicut & sicut
minoris tñ nutrimenti est q̄ fucus ut hēt Aui.ii.can.c.de uua. **uer** est
tñ q̄ uetositatē generat & inflationes uêtris dolorē. Et si remāserit p̄
plana duos dies uel tres post collectionē suspēsa donec cortex detumescat
melius nutrit & minus laxat: nec tñ inflat. **Et hñtes stomachū plenū**
cibo & imûdū malis humoribꝫ nullo mō cōmedāt uuas & spâliter
recētes & sine arillis: uelociter.n.in stomacho imûdo corrūpunt &
in stomacho pleno cibis: qa nimis cito digeruntur: & non poterunt
exire de stomacho post eaꝫ digestionē pp cibū nōdū digestum: q̄re
tunc in stomacho corrumpunt & aliū cibū corrūpūt. Et similiter ēt
intelligēdū est de aliis fructibꝫ laxatiuis: & si aliq̄s uelit sumere uuā
uiridē & recētē bonū est q̄ primitus infundat̄ in aqua feruenti per
horā: & deinde ponatur in aquā frigidā: & post surnatur. Ra. uero in
almā. de uua recenti: & spâliter dulci. dicit q̄ cito corpus ipinguat:
& augmentat erectionem uirge & ulterius dicit q̄ illa uua: quā est
subtilioris corii. i. corticis citius descendit a stomacho: illa uero que
grossioris tardī. Alia est uua sicca: que passula uocatur: & ista licet
ponatur & numeratur inter equalia: paꝫ tñ caliditatē attinet: & bñ
nutrit secūdū Ra.lo. pall. & cōfortat stomachū & epar scdm Auic.
loco palle. & opilationes remouet. Et dī q̄ epar impinguatur ex eis
& maxime si mundentur ab arillis: Et sic tex. predictus potest intel-
ligi de uua matura recenti: & de uua sicca que passula dicitur:

In hoc textu po-
nunt q̄ttuor genera
lia: qbus uina pbāt̄
Primū est odor: ui-
num, n. boni odoris

Vina probant̄ odore: sapore: nitore: colore:
Si bona uina cupis hec qnq̄ pbant̄ in illis:
Fortia: formosa: fragrātia: frigida: frisca. prost. g. sit sahō
sue redolēs multiplicatiū est spūum subtiliū: Et secundū cōstā, y.

theorice bñ nutrit:& bonū sanguinē generat:uinū uero fetidū abo-
minabile est nature humane spūs grossos melācolicos generās:& se
cūdū Cōstā.y.theorice malū sanguinē & capitī dolorē ex malo fu-
mo caput ascendere generat.Gal.uero.iii.regiminis acutor̄ cō.i.lo/
quēs de diuersitate uinos: ex odore dicit q̄ ex uino boni odoris est
melioris chimi.i.humoris.& scdm illud est multitudo que implet ex
eo caput:q̄ est qa est subtilius & calidius.Q uod aut̄ ex eis est mali
odoris scdm maliciā chimi generati ab eo erit paucitas lesionis eius
in capite:qd̄ est qa est frigidius & grossius; Illud at̄ cui penitus nō ē
odor nō facit oīno aliqd accidere i capite:qa ē uehemēter grossum,
Secundū est sapor.sicut.n.cibus sapidior melius nutrit & melius a
stomacho āplectit'.ut dictū est i snia pcedēti ita & uinū.Circa istud
tñ sciēdū est q̄ uina in sapore diuersificant';qdā.n.sunt dulcia aliis
nutribiliora grossum sanguinē faciētia & uentrē humectātia ad di-
gerendū dura & sitim generatiua.Alia sunt pótica siue stiptica sto-
machū cōfortātia:uentrē cōstipātia:pectori & sue ptinētia.s.pulmo-
ni & cāne eius nociuā:intestinis cōgrua.ad digerēdū dura.alia sunt
acerba q̄ sunt diuterica.i.urine puocatiua.grossos humores nō gcne-
ratiua:sed dissoluētia.alia amara minus calida.ut habet Cōstan.y.
theorice.Tertiū est nitor siue resplendentia q̄ indicat sup subtilitate
uini:& sic ex cōsequenti sup subtilitate spirituū ex ipso generator̄.
Quartū est color.Ex pte.n.coloris uina diuersificant' in nutritione.
Vina.n.rubicundiora ceteris paribus magis nutribilia sunt albīs:&
ideo plus cōueniūt macris quā alba alba tñ plus cōueniūt pingui-
bus.Et de ista diuersitate uini:ex colore dictū est prius ibi.Oūa re-
centia.Deinde i textu ponunt qnq̄ spālia qbus pbat bonitas uini.
Primū tangit cū dī.Fortia.Fortitudo.n.uini cognoscit' ex effectu.
Vinū.n.forte est qd̄ calefacit corpus uehemēter replens caput scdm
Gall'.cō.i.iii.parti.regiminis acutor̄.Istud.n.uinū maxime spirituū

est multiplicatiū & multū nutritiuū. Causā tñ ab illo nisi sit lim-
phatū qui sunt debilis cerebri: qā magna effumatio ab ipso ad cere-
brū ipsum pueniret & ipsum lederet. Secūdū tāgit̄ cū dī. formosa.
Vinū.n.formosum siue pulcrū qā cū maiori appetitu sumit̄ melius
digerit̄ & melius nutrit. Tertiū tāgit̄ cū dī. fragrantia. Vinū.n.fra-
grās siue bñ redolēs maxie cōfortatiū est & spirituū subtiliū gene-
ratiū ut dictū est. Quartū tāgit̄ cū dī. frigida. Nā uinū debet esse
frigidū quo ad tactū. nō aut̄ quo ad effectum. Vinū.n. calefactū cū
sit rarius & subtilius citius inebriat. neruos debilitat. & caput ledit
nisi in modica quātitate sumptū fuerit. Quintū tāgit̄ cū dī. frīsca.
Vinū.n.bonū debet eē frīscū siue lue. qđ spumādo sonum facit &
habet spumā tenuē de facilī labilē. & i medio existente. siue qñ in co-
mouent̄ athomi. Vinū.n.nō istius dispositionis pendulū dici debet:
& maxime si nō sonat uel corpora athomalia nō hēat: uel debet dici
debile uel limphatū si spumā hēat cū magnis ampullis: uel ad latus
ciphī spuma diu maneat.

In hoc textu po-

nit̄ unū documētū
de uinis. Et est qđ ui-

Sunt nutritiua plus dulcia candida uina.

na cādida & dulcia
ceteris paribus uel nutriunt reliqs uinis. Et istud uoluit Cōstā. loco
pall. & idē uult Aui. in. i. c. de regimine aq & uini. ubi dicit. Vinum
quoqđ grossum qđ est dulce. est melius illi q uult eē pinguis: Et rō ē
qa uina dulcia uehemēter a mēbris attrahunt̄ pp̄ cor̄ dulcedinē cui
natura cōgaudet. nā dicit. Aui. ii. can. trac. i. c. iii. operationes aut̄ dul-
cis sunt digestio & lenificatio & multiplicatio nutrimēti. & natura
diligit ipsum. & uirtus attractiua attrahit ipsum: Et licet iste textus
uerificeret de oī uino dulci: eligibile est tñ uinū moderate dulcedinis.
& nō dulce in sūmo. sicut uinū qđ uulgo muscadellū siue muscade-
ratē. tū dī: qā tale corrūpit sanguinē. Cuius rō est: qā natura rapit auide-
ū. fep̄bat

tales uinū a stomacho ad epar prius q̄ digerat qđ i eo est utile chili-
ficationi & ainq̄ maturat eius superfluitas pp delectationē eius maxī-
mā i eonaturalitate dulciū:& sic replet sanguinē aquositate indige-
sta: ex q̄ reddit⁹ aptus ebullitioni & putrefactioni. Et istud ēt intelligē-
dū est de aliis cibis dulcibus in sumo: Pro maiori noticia sciēdū est
q̄ ex usu uini dulcis aliorū nutriētiū dulciū tria timent nocumēta-
& maxime his q̄ ad ea pni sunt. Primū est fastidiū pperea q̄ dul-
cia suis caliditate:& humiditate leniūt & applanat orificiū stoma-
chi iducentia illic dispositionē cōtrariā inanitioni & corrugationi q̄
sunt cā famis. Secūdū est uelocitas inflamatiois eorū & cōuersiois i
colerā. nā res dulces cōueniētissime sunt in generatioe colere. Et pp
hoc mel plus oibus rebus generat colerā; qm̄ ipm̄ est dulcius oibus
rebus:& post ipm̄ uinū dulce: ut hēt Gal. in cō. illius can. iii. parti. re-
giminis acutorū. Mente leuius pcutit. Et hinc est q̄ iducit sitim nec
cōuenit fabricitatibus:nec ēt colericis. ut ibidē dicit Gal. Tertiū est
opilatio epatis & splēis: qa dulcia trahunt ab eis cū fece pp magnā
delectationē quā hēt cis:& maxime epar ainq̄ digerat: q̄re illic leui-
ter iducūt opilationes:coopante ad hoc substāria grossa: i q̄ fundat
sapor dulcis scđm Aui. ii. cano. trac. i. c. iii. Et hinc est q̄ uinū dulce
minus est urine puocatiū q̄ alia uina. Et cōtra ista tria nocumēta-
summe ualēt acetosa: qa appetitū sua acetositate puocat & sua fri-
giditate inflamatioē phibent & subtilitate sue substātie opilatioes
apiūt. Notādū isup q̄ licet uina dulcia & alia nutriētia dulcia opi-
lent epar & splenē: deopilat tñ ipsum pulmonē. Et rō q̄re nō opilant
pulmonē sicut epar & splenē est: qa a dulcibus in trāsitu suo p meri-
nil nisi subtile ad ipm̄ resudat. & sanguis genitus ex rebus dulcib⁹
ad pulmonē uenit iā purificatus i epate prius & corde subtilatus:
Et istud uult Gal. in cō. illius can. iii. parti. regiminis acutorū; dulcis
potus. Item uina dulcia minus inebriat scđm Ipo. iii. parti. regimi-

nis acutus: canone illo mente leuius pcutit q̄ reliq̄ fortiora uina: ex
predictis cōcludi pōt q̄ si bibat uinū rōne nutritionis corporis restau-
rationis & ipinguationis. sicut cōtigit i his q̄ macri sunt: siue natu-
raliter siue accidētaliter: tūc uina dulcia & grossa sufficiēter colora-
ta. Talia. n. uina sunt sufficiēter nutritiua & depditi restauratiua: &
corporis ipinguatiua: uñ cōueniētiora sunt ad ipinguādū corpora ma-
era. Et p oppositū si intēdamus nō nutritionē nec depditor̄ restau-
rationē nec ipinguationē ut cōtingit in his q̄ sunt multū carnosī &
pingues: tunc cōpetunt uina subtilia nō dulcia; sed sapore amicabili
odorifera ad albedinē declinātia sufficiēter fortia eligenda sunt. Si
uero def̄ uinū ad sitis extinctionē tū uinū albū subtile debile est eli-
gibilius. tale. n. uinū magis humectat & ifrigidat: & p cōsequēs me-
lius extinguit sitim: & q̄to sitis est maior tāto tale uinū est cōueniē-
tius. Si uero uinū def̄ ad spirituū cōfortationē & repationē & uirtu-
tis cōfortationē: tūc debet dari uinū subtile odorifera saporis dele-
stabilis: mediocris coloris: sufficiētis fortitudinis: & tale uinū debet
sumi cū pauco cibo: & debet esse depuratū ab utraq̄ supfluitate: &
debet sumi pauca q̄titate. Si uero intēdamus pectoris & pulmonis
mundificationē & uentris laxationē: tūc uina mediocris substantie
sapore dulcia sunt magis eligibilia.

In hoc passu po-
nunt duo nocumē
ta nimie potationis
uini rubei. Primū ē

q̄ nimia bibitio uini rubei cōstipat uentrē. i. duros facit recessus seu
difficulter h̄e egestationē. Cuius cā secundū aliquos est: q̄a tale uinū
rubē plus ceteris paribus ē calefactiuū & magis nutritiuū. In quā
tū. n. eius plus est calidū magis exsiccat: & iquātū magis nutritiuū
auidius a natura retinet. Pōt tñ textus itelligi de nimia potatiōe ui-

Si uinū rubē nimiū qñq̄ bibatur.
Venter stipatur: uox limpida turbificatur.

ni rubei stiptici aut pótici: ex q̄ stipticat & cōstipat uéter pp stipti
citatē & ponticitatē uini. Circa istud tñ sciédū ē q̄ si exhibeat uinū
ad stomachi & uiscerū cōtētiue fortificationē eligemus uina grossa
pontica uel stiptica rubea uel nigra sicut cōtingit in hñtibus fluxū
uétris pp debilitatē cōtētiue stomachi:& istud uult Ipo.iii.parti. re
giminis acutor̄. can. illo palmeus qdē & niger;& sis Gal. i cō. illi⁹.
Sed si intēdamus cōfortationē digestiōi cōpetunt uina subtilia uel
mediocria in substātia & colore boni odoris & cōuenientis saporis
& sufficiētis uigoris aliqualis stipticitatis. Secūdum est exaspatio
gutturis siue raucedo quā inducūt aliq̄ uina intēse rubedinis pp co
rū siccitatē & terrestreitatē. Et istud nocumētū ēt cōtingit ex uinis
rubeis patrie barbātie pp eoz stipticitatē & terrestreitatē: & maxime
qñ musta sunt uina p̄dicta istud nocumētū secūdum cōtingit: non
tñ primū: q̄a mustū magne rubedinis solet iducere uétris fluxū pp
feces suas terrestres cū eo mixtas q̄ sui mordicatōe mordicat̄ intesti
na: ex q̄ mordicatione fluxus uétris causat̄: & tale uinū nō debet bi
bi mustū. i. q̄diu fuerit turbidū & bulliēs: quia ex quo ipm ē mordi
cans pp suas feces terrestres: ab eo ēt elcuat̄ fum⁹ mordicās: qui ad
cerebrum ueniēs sui mordicitate mordicat oculos atq; rubificat: Et
istud ēt itelligēdū est de istis mustis patrie barbātie siue rubeis siue
albis pp eoz terrestreitatē: Cā aūt q̄re iste fumius ē mordificatiuus
est: quia uinū a quo dissoluit̄ est mordificatiuū. Nam ut dicit Gal. i.
pti. amphorismo. in cō. illius amphi. & qui crescūt quicquid a qui
libet re dissoluitur ei unde dissoluitur necesse est ut assimiletur.

In hoc textu po
Allea: nux: ruta: pira: raphanus: & tiriaca. muntur sex medicie
Hec sunt antidotū contra mortale uenētū ualentēs cōtra uene
nū. Prima ē alleum
qd̄ maxime ualet cōtra nocumenta p̄uenire solentia ex mala aq: &

maxime ualet cōtra potū male aq:de quo dicit Serap. & Aggre:c.
de eo q̄ qñ sumit alleū & post bibitur aq̄ corrupta nō nocet aq̄ illa
potati:& idē innuit Aui.ii.can.c:de eo:& in.i.c. de cōseruatiō iter
agētis a nocumēto diuersaz aq̄. Et istud idē ēt opat cepe: ut uult
Aui.ii.can.c:de eo:& sic pót cōprehēdi sub alleo: de eo ēt dicit Aui.
in.i.loco pali. q̄ cepe est ut tiriaca mala: aq̄:& maxime cū acetō:
qa cepe est subtiliatiuū icisiuū abstensiū cū stipticitate & apert for
titer. ut uult Aui.ii.can.c:de eo. Et est calidū in tertio : q̄re calefacit
malas aq̄s phibēs ne sua frigiditate stomacho noceant :& subtiliat
grossas faciēs eas cito penetrat. Et acetū huic pmixtū uigorat uir
tutē eius i subtiliatione & penetratione aqrū & phibēt a siti quā in
ducere solet cepe comedēt. Et eadē rōe uerificat de alleo. Et ergo ēt
dicit Aui.i.i.primo loco pali. q̄ allea comedēda sunt aq̄s grossas &
turbidas: qa subtiliāt eas cito descēdere faciūt & phibēt ne stoma
cho noceat & intestinis:& ne uenas opilēt. alleū pterea comedēt an
iter & post hoc:ex melioribus rebus est:& cōuenientiorib⁹ illis qui
ueniūt ab aere frigido uel quadūt ad eū:ut innuit Aui.i.i.c:de regē
do iter agētē i frigore & congelatū: Et ex isto s̄ quit q̄ alleū multū
ualet iter agētibus & p diuersas terras cūtibus potibus utētibus: iu
xta illud metricū:allea qui mane iejuno sumpferit ore: Hūc ignota
rū nō ledit potus aquaz:nec diuersoz mutatio facta locoz . Valet
pterrea alleū ad pūcturā uermiū uenenosoz & morsum serpētū q̄
bibitē cū uino:qd' Aui.ii.can.c:de eo se dicit fuisse exptū: & cōfert
ēt morsui canis rabiosi & qñ sit emplastrū ex alleo & foliis ficus &
cimino sup morsum migalis cōfert ut ibidē dicit Aui. Cepē uero se
cundum Aui.ii.can.c:de eo cōfert ēt morsui canis rabiosi cū linit
sup ipm aq̄ eius aut emplastrat ex eo cū sale & ruta:& cepe qd' co
medicē expellit nocumētū uētositatis uenenosoz : Et dixerūt quidā
q̄ ipsum generat in stomacho hūorē humidū plurimū frāgētē no

cumentū uenenosore: notandum est circa istud q[uod] alleū & cepe & siccum est
porru uia cibi nō cōpetūt tēpatis corpibus nec calidis:& spālē cruda:
parū.n.nutriūt & male nutriūt: generāt sanguinē acutū & pūn-
gitiū: grossos humores tñ subtiliat & uiscosos incidūt:& postq[ue] de
cocta sunt: pdūt pungitiuitatē:& adhuc remanet uirtus incisiva &
subtilatiua: uñ magis cocta cōpetūt q[uod] cruda. Porri.n.sunt calidi & p[ro]p[ri]i
succi & dāt corpori alimētū illaudabile & oculis nocēt & generāt san-
guinē nigrū melācolicū:& somnia terribilia & neruos ledunt rōne
pungitiuitatis eoz: nocent dentibus & gingivis:& nullus colericus
nec melācolicus eis utat:& spālē crudis. Cepe calide sunt & habent
humiditatē supfluā terrestrē cū humiditate aquosa subtili idigesta:
Si comedant̄ cruda generāt in stomacho malos humores & putre-
factibiles & corruptibiles:& inducunt somnia mala & terribilia &
dolorē capitīs:& nimius usus eaꝝ disponit hoīem ad memoriā dep-
dendā & pturbat intellectū & pdicit ad dementia, sed si comedant̄
cocte cū aqua laudabiliū carniū laudabiſr iuuāt digestionē & mi-
nuunt̄ eaꝝ nocumēta & tēpāt cibaria frigida cū qbus decoquunt̄:
sed melius est eis nō uti. Allea calida sunt & declināt ad aliq[ue] humi-
ditatē. sed minus q[uod] cepe: ualent cōtra uētositatē:& ualēt i tuſſi:& bñ
screare faciūt: sed nocēt uisui & dolorē capitīs inducūt:& sunt tiria
ca rusticor̄: Et sic pdicta solū cōueniūt his q[uod] fleumaticū aut grossū
uiscosum humorē habuerit. Colerici uero a pdictis abstineāt. Secū-
da est nux de qua dicit Aui.ii.can.c.de ea q[uod] ipsa cū ficubus & ru-
ta est medicina oībus uenenis & ex ea cū cepe & sale fit emplastrū
sup morsum canis rabiosi. Et istud maxime intelligit̄ de nuce sicca
an̄ cibū sumpta mō pdicto. Et circa istud ulterius sciendū est q[uod]
nuces sicce peiores sunt recētibus & humidis: qa sicce magis, unctuose
sunt: rōne cuius in colerā cōvertunt̄:& inducūt capitīs dolorē & ocu-
los turbat: & uertiginē generāt: & spālē sumpte post cibū & lingue

paralitum inducunt uomitum prouocant & uescas in ore faciunt. Et hinc
stomachum colericum maxime debet euitare nuces siccas: & quanto antiquo
res tanto peiores sunt. Recetes autem minus male sunt: quia non sunt tante
unctuositatis: & ideo non generat dolor capitis aut uertiginis & silia si
cut sicce: & ratione humiditatis lubrificantis laxant uentre & si aliquantum
lumen torreant & comedant post cibum: coprimit cibum sumptum. Et sic
patet quod nuces recetes sunt magis conuenientes corpibus sanis quam sicce.
Tertia est ruta de qua dicit Aui.ii.can.c.de ea qua resistit uenenis.
& postea subiungit. Et quod sibi timet ne in potu sumat uenenum & pun-
gi a uenenosis bibat de semine eius pondus dragme unius cum foliis
suis cum uino: & proprie si bibitur cum nuce & bolo oībū cōtritis & cōmix-
tis. Et dicit Ari.in lib.de aīalibū quod cum mustela uult pugnare cum ser-
pente siue cum bufone: ipsa comedit rutam ut interficiat eum: quia odor ruta
est inimicus ueneno: uero comestio ruta cum sicibus & amigdalais dul-
cibus in mane preseruat a ueneno. Notandum circa istud quod duplex est
ruta quidam domestica & alia silvestris. Domestica melior silvestri est:
quia silvestris & maxime sicca. calida & sicca est in quarto gradu. quod
plurimum sumere de ea est pernitiosum. Domestica uero humida: cali-
da & sicca est in secundo gradu. sicca uero in tertio. & est incisa re-
solutiva carminativa uentositatū: & istud maxime conuenit sicce. Nam
dicit Scrap.c.de ea. quod est de rebus magis conferentibus inflationibus
id est uentositatibus: sed in humida est inflatio. Ita ruta uehementer
acuit uisum: & proprie succus eius cum succo feniculi & melle collirio
facto ex ea aut comesta ut dicit Aui.ii.ca.c.de ea. Quia tamen in succo
 ruta quidam est bauracitas nocens oculo: ideo ruta poterit applicari oculo uen-
tilando: ita quod solum uapor siue fumalis euaporatio eius & non substancialia
 ruta ad substancialie oculi ptingat. Quarta est pira de quibus dicit Aui.ii.
can.c.de eis quod sunt cura fungorum mortificatiū. Et quoniam quoquoniam isti
fungi cum pirus minorant uocum et ipsorum. Vel poterit iste tex. uerificari

de pīris aromaticis q̄ sui aromaticitate spūs cōfortarēt & sic nocu-
mētū uenenī repellerēt. q̄nta ē raphanus de quo dicit Aui.ii.can.c. Detta
de eo. q̄ cōfert morsui uipe: & cū nino morsui cornute ēt; Et semen
eius cōfert ueneuis & uermib⁹ uenenosis. Et si ponatur fructus eius
sup scorpionē morit̄ & aq̄ eius est expta in hoc; & est fortior. Et si
momorderit aliquē scorpio q̄ raphanū comedērit nō nocebit ei. Et
coſert ēt p̄uocatiōi q̄ fit a fungis mortiferis. Vel pōt dici q̄ raphan⁹
ualet cōtra uenenū: q̄ p̄uocatiuus ē uomitus: & sic p̄ uomituſtoma
chus purgat̄ a malis humoribus si q̄ i co ſint. Et circa iſtud ſciēdū
ē de raphano & radice q̄ ſunt ppinq̄ i cōplexioē q̄ nocēt corpib⁹ co
lericis generat. n. ſanguiniē acutū & pūgitiuū: Et raphanus eſt ma-
lus ſtomacho faciēs eructuare; & generat humorē groſſum: & ſi di-
geſtiua ſit debiliā generat humorē crudū hēt tñ uirtutē ſubtiliati-
uā & incifiuā: qdā aūt comedūt radicē & raphanū poſt alios cibos
ad cōfortadū digonē. de quo admirat̄ Gal. Vñ uer̄ eſt qđ experien-
tia docet. Et dicūt ſapiētes medici q̄ ſi comedant̄ poſt aliū cibum
iuuāt ad digonē & deſcēſum eius & uétrē laxāt. Sed ſi comedātur
ante aliū cibū ipellunt̄ ad ſupiora & uomituſt inducūt: bonū eſt at̄
q̄ comedāt̄ cū aceto & ſale poſt alios cibos & in modica quātitate.
Ver̄ eſt tñ q̄ oculis nocēt & capiti. Ra. uero in almā. di. q̄ raphan⁹
lögā faciēdo morā i ſtomacho incidit fleuma. cuius folia cibū di-
rūt & appetitiuā adiuuāt qñ paꝝ ſumit̄ de eis. Sexta ē tiriaca. que
a toto ḡnē ualet cōtra uenenū. & iō ualet tā rōabilib⁹ q̄ brutis cōtra
uenenū tā frigidū q̄ caſm: Et ſub tiriaca pōt cōphēdi metridatū qđ
ſile opat̄. De tiriaca. n. di. Aui. vi. i tra. iii. c. i. Scias qđ canō maxius
i curatōe uenenī ē cōfortatio caloris inati & exercitatio ipm expelē
dū ſicut facit tiriaca. De tiriaca uero & metridato ſilis di. Aui. vi. i
tra. i. c. d. medicis cōib⁹ ad uenena ſūt medicie q̄ cōtrarie ſūt ueneno
q̄re nō p̄mittūt ipm puēire ad cor & ſūt ſicut tiriaca & metridatū.

In hoc textu no- Aer fit mundus habitabilis ac lūminosus
tant̄ q̄ttuor docu- Nec sit infectus nec olens fetore cloace,
mēta circa electio- nē aeris habitabilis quoq; primū ē q̄ hō debet eligere aerē mūdū.i.
nō infectū uaporibus qa aer imūdus alterat cor secundū cōplexio-
nē illius qđ sibi cōmīscet : inuit Haly. i tegni i cō. illius can. Oia hoc
enī &c. secudū est q̄ hō debet eligere aerē lūminosum. aer. n. turbī-
dus iducit in corpe tristitiā & pigritiā: qa aer turbatus cōmīscet hu-
mores: & turbidus ad cor puenit: square ex ipso & humoribus grossi
& turbidi generant̄ spūs animā tritificātes & pigriciē inducentes.
Nihil est ergo qđ magis iocūdū facit hoīem atq; minus grauē quā
in claro aere ambulare uel mane surgere. Tertiū est q̄ hō debet ui-
tare aerē infectū cuiusmodi est aer in quo fiūt strages: cōiter. n. i lo-
cis in qbus pcessit maxima hoīum īterfectio sequit̄ pestis & in locis
uiciniā aer. n. infectus qñ iſpirat iſicit spūs i nō corpe. Quartū ē q̄
hō debet uitare fetorē cloace. Et p hoc inuunt̄ infectiōes particula-
res aeris. Cuiusmodi est infectio acris latrinar̄ uel fouear̄ quo qne
uel locoq; in qbus proiiciunt̄ cadauera mortua & ossa mortuor̄: &
aeris uicini aq̄ i q̄ putreficit linū uel canapus: aer. n. taliter infectus in-
ficit spūs nī corporis & maxime cerebro nocet. Et hinc est qđ dicit
Aui. ii. in doc. ii. c. ii. Et aer qđ dū est tēpatus & clarus neq; substā-
tia extranea cōplexioni sp̄ritus cōtraria ei admīscet̄: est sanitatē effi-
ciēs & ipsam cōseruās: & cū mutat̄ cōtrariū sue opationis operat̄.
Et pro maiori declaratione p̄dictor̄ sciēdū est q̄ aer necessarius est
in regimine sanitatis dupliciter. Primo qđ p̄p refrigerationē cor-
dis. Secundo p̄p expulsionē fumosaq; supfluitatū tribulantiū spiri-
tū & calorē īnatū sicut. n. in exterioribus nos uidemus qđ gnis sine
euētatione aeris suffocat̄ & extinguit̄: sic ēt imaginari debemus qđ
spūs & calor īnatus indigēt aere ipsum nutritente cōseruāte & ob-

tempante. Obteperatio igit̄ caloris innati fit p aeris attractionē & ei⁹ deputatio fit p aeris expulsionē: primū qdē fit p motū attractio-
nis & secūdū p motū expulsiōis: si igit̄ aer attractus sit fetidus & i-
purus corrūpit̄ calor & spiritus innatus aer igit̄ debet eē bone sub
stātie cui nō admiscet̄ aliqd ex uaporibus nec fumositate extranea
nō. n. debet eē aer turbidus nec nebulosus nec malis uaporibus: ad
mixtu: hic. n. aer humoris cōturbat & aīum cōtristat ut dictū ē. Et
debet eē discoop̄us celo & nō inter parietes & tecta constrictus: &
ut sit ad unū dicere: maxime euitādus est aer inclusus & nō euenta-
tus. Ver̄ ē tñ q̄ tpe epidimie in quo accidit aeris putrefactio cōis 3. p.
eligēdus est aer inclusus. Vñ t̄pibus illis bonū ē manere i domibus:
& tenere fenestras clausas ne aer putrefactus īgrediat̄: sed alius aer
discooptus melior existit. Euitādus ē pterea i regimine sanitatis aer
cui miscent̄ uapores lacuū & pfunditatū aquā putridā cōtinētiū.
& olej̄ taliū qlia sunt caules & eruca & sīlia; & arboj̄ uiscositatum
malarj̄: qles sunt ficus & nuces. Amplius eligēdus ē aer in quo suf-
flant uēti ex terra alta uel equali. Et multū ēt solicitari debemus q̄
aer nō excedat in aliqua qlitatū primarj̄. s. caliditate frigiditate hu-
miditate & siccitate. Q uod si forsan cōtigerit. obteperet̄ per artē.
q̄tū possibile est. Et ista colligunt̄ ab Aui. ii. i. doc. ii. c. diuersis.

Si tibi serotina: noceat potatio uini
Hora matutina rebibas: & erit medicina.

In hoc textu po-
nit̄ unū documētū
& est q̄ si quis male
ualuerit ex lūptione
uini de nocte siue tpe serotino: talis in crastino debet iterato sumere
uinū. Vñ potatio uini nocturna pōt inducere ebrietatē siue sitimp
matutinā: uel p̄t iducere sup calefactionē corporis si uero iducat sup
calefactionē corporis tūc maxius error ē de mane iter̄ sumere uinū;
qa est addere ignē igni: si uero hō icurrat ebrietatē cū aliquali nau-

se:atūc de mane bonū est sumere uinū qā ex sumptione uini:de fa/
cili tunc puocat' uomitus:ex quo sequit' mundificatio stomachi:q
mundificatiōe facta:de facili cessat nocumentū ebrietatis & nausea.
Et pp hoc cōsulit Ipo, semel i mēsc inebriari.ut ex ebrietate puoceſ
uomitus:q est maxime p̄seruatius ab egritudinibus cronicis.i.lon
gis & malis:si etiā ex potatione uini nocturna ledat' aliq's:& hoc pp
incōsuetudinē potādi uinū tunc de mane pōt cōcedi uinū ut assue
scat:& sic minus ledat' a sumptione uini.A cōsuelo.n.minor fit lesio
ut uult Ipo.ii Amphorismor̄:ibi.Ex multo tpe cōsueta &c.Si uero
ex potatione uini nocturna sequat' sitis matutina illa est mendosa q
curat' potionē uini magis tñ sedat' potatiōe aq' Et qā iā dictū est de
lesione & sumptione uini.sciendū est q̄ hō debilis cerebri & etiā cu
iuscūq; alterius cōditionis sumimope cauere debet a frequēti ebrie
tate.Frequēs ebrietas scđm Aui. in.i.e.de regimine aq & uiti indu
cit sex icōmoda in corpe humano:quor̄.Primū est corruptio cōple
xionis epatis:qā uinū supflue bībitū ad epar ueniēs uel supflue re
soluit calorē ipsius:uñ amittit uirtutē sanguificā. & loco sanguinis
generat aquositas efficiētes ydropisim uel incendit epar & humo
res eius uñ generat' lepra uel mania. Secundū est corruptio cōple
xionis cerebri pp assiduā eleuationē fumor̄ uini ad ipsum:disponē
tium calidū cerebrū manie & frenesi:& frigidū epilepsie litargie ap
poplexie & subeth. Tertiū est debilitas neruor̄:uidemus.n.bibulos
inebriari solitos tremere caput & mēbra:nō solū in senio:sed et i se
nectute & iuuētute qñcp. Quartū ē egritudines neruor̄ sicut spas
mus & paralisis:qā uinū supflue acc̄ptū sepe i stomacho acceptū
efficit:qd' ualde nocet neruis.Sepe quoq; cōuertit ex defectu dige
stionis in aquositas indigestas q̄ neruos remolliunt. Et sepe ducit
humores grossos ad neruos qbus distendunt' uel cōtrahunt'. Quin
tū est appoplexia pp humiditates cerebri multiplicatas a uino:ita

ut totaliter opilēt uias spirituū aialiū a cerebro in mēbra. Sextū est
mors subitanea dū. s. stertēdo & dormiēdo uie anhelitus multitudi-
ne uini uel humiditatū ex eo generataꝝ claudunt̄ & ebrius suffoca-
tur. Et licet uinū imoderate sumptū p̄dicta iducat nocumēta: mode-
rate tñ sūptū multa iducit iuuamēta. Tāgit. n. Aui. c. p̄all. qnq; eius
iuuamēta. Primū est q; est bonus cibi penetrator ī toto corpe. i. faci-
lē efficit penetrationē cibi cui imiscet̄ ad oīa mēbra sui caloris sub-
tilitate & cōueniētia ī p̄prietate occulta. Secundū ē q; īcidit ī fleu-
ma. & hoc suis calore & subtilitate substātie resoluit ip̄m coaptādo
expulsioni uias apīedo: & naturā cōfortādo ad expulsionē. Tertiū ē
q; incidit colerā rubeā ī urina & aliis euacuationibus ut sudore ege-
stione & resolutiōe insensibili. Et istud itelligēdū est de uino subtili-
subrubeo uel albo qđ uel debile sit ex natura sui uel fortiter limpha-
tū. Alioqñ multiplicaret colerā per cōuersionē ipsius in eā & super
calefactionē epatis ab eo. Quartū est q; facit melācolia: q; grossa est
& tardi motus faciliter labi per cannales p̄prios ab epate ad splenē.
& a splene ad os stomachi: & tādē a corpe cū fecibꝝ exire: & flectit
seu reprimit nōcumentū melācolie ppter cōtrarietatē ī cōplexiōe &
mō substātie & ī effectibꝝ. Nā melācolia tristiciā pusillanimitatē &
auariciā parit. Quintū uero gaudiū audaciā magnanimitatē: & libera-
litatē. Q; resoluit oēs modos seu sp̄es latitudinis: nisi mul-
ta q̄litas extranea fuerit eis sociata: q; uinū resolutos sp̄us abūde re-
parat. uirtutē cōfortat: humiditates relictas in musculis: neruis cor-
dis & iuncturis tollit aut minuit. Et si fuerit opus humectatione ut
in lassitudine arefactua uinum uelociter humectat dūmō limphet.
Preter hec aut̄ iuuamēta plurima alia iducit. Omniū. n. uelociter &
subito nutrichtiū est uinū calorē & sp̄ūm naturalē cōfortat: & totū
corpus calefacit: igeniū clarificat: irā cōpescit: tristiciā remouct: libi-
dinē incitat: & sup oēs potus. semicrudos hūores digerit. Et ut sit ad

unū dicere. Vinū reddit hoīem uirilē & secūdū aīam & secūdū cor
pus: unde ceteris paribus nō bibētes. uinū sunt effeminati respectu
bibentium uinum.

Hic primo po Gignit & humores: melius uinū meliores.
nit̄ unū documētū Si fuerit nigrū: corpus reddet tibi pigrum
de uino: & est q̄ ui Vinū sit clarūq̄ uetus subtile maturum
nū melius meliores Ac bene limphatū saliēs moderamine sūptū:
generat humores & cā est: q̄a quanto massa humorū est melior tāto humores ex ea geniti
meliores esse debēt. Deinde subdit̄ q̄ uinū nigrū inducit pigričā in
corpe. Et cā est q̄a uinū nigrū grossius & terrestrius est. reliqs ergo
spiritus ab eo geniti grossi sunt. Iuxta alia auctoritatē Gal. prius al.
Quicqd de aliq̄ re dissoluit̄ ei uñ dissoluit̄ necesse est ut assimileat̄
spūs aut̄ grossi faciūt corpus graue siue pigrū. Deinde ponunt̄ vii.
documenta circa electionē uini. Primū est q̄ debet eligi uinū clarū:
tale. n. qa subtile est spūs subtile & claros generat. Scdm̄ ē q̄ debet
esse uetus idest nō nouū: nouū. n. uinū siue mustū ceteris paribus fa
cilius inebriat: fluxū uētris prouocat: atq; colicā iducit &c. accidentia
posterioris dicēda ibi. Impedit urinā: nec est itelligendū q̄ uinū oīno
debet eē uetus: tale. n. secundū Aui. in. i. c. de regimine aq̄ & uini: est
q̄si medicina: & nō sicut potus. i. magis inest ei uirtus alternatiua cor
poris ad caliditatē & siccitatē q̄ uirtus alterabilitatis a corpe p opus
nutritionis & est pauci nutrimēti qa est spoliatū a fece & a uiridita
te quā p habuit & pene ignē factū: pp qd̄ in Aggre. scribit̄. c. de uite
auctoritatē Gal. q̄ est calidū & siccū in tertio gradu. Tertiū ē q̄ ui
nū debet eē subtile. Subtile. n. uinū multos spiritus pcreat atq; sub
tiles: grossum autē grossos. Quartū est q̄ uinū debet eē maturū &
nō stipticū. Vinū. n. stipticū abscondit oēs spēs euacuatiōis: ut uult
Gal. i cō. illius can. iii. particū. regiminis acutor. Seciendū etiā &c.

Et ergo nocet corpibus indigētibus cuacuatione per urinā & oībus
mēbris superioribus: ut ibidē ēt dicit Gal. Verē est tñ q̄ uinū stipticū
cōueniēs est infirmitatibus accidētibus ī intestinis: ut ibidē di. Gal.
& etiā supius dictū est remouet tñ stipticitas a uino per multā cō/
mixtionē aq̄: ut ibidē ēt uult Gal. Quintū est q̄ uinū debet cē lim
phatū: qa p̄ hoc remittit uinū a sua fumositate: & sic min⁹ inebriat.
Et istud est uez de uino subtili. Vinū tñ grossum si limphe⁹ citius
inebriat: qa p̄ hoc subtiliat & magis fumosum efficit. Et de isto ui/
no intellexit Aui. qñ di. in. c. de regimine aq̄ & uini q̄ uinū limpha
tū citius inebriat q̄ uinū pure. Sextū est q̄ uinū debet cē saliens cū
ppinat. & est de conditionibus boni uini prius dictis. Septimū est
sumptū ex cōditione bibētis & nō uini & est q̄ uinū debet tēpate
sumi. qa tēpate sūptū acuit ingeniū. & inducit iuuamēta prius nar
rata. Ex p̄dictis oībus cōcludi pót q̄ uinū eligilius & melius ī sa
nitatis regimine est uinū mediū seu eōle iter uetusitatē & ncuitatē:
